

Sammelbd

Sohn

* K

Q. F. S. *F40*
**BONA
VACANTIA**

Vulgo
Wern-Jose Güter/


PRÆSIDE
DN. JOH. GEORG. SIMONE, D.

DISCUTIENDA. EXHIBET
JOHANNES Pfaffreutter/
RATISBONENSIS.

JENÆ.

TYPIS MÜLLERI.
Ao. CL. CC. LXXIX.

БОДА
АГИАСАУ



ПАСИДЕ
ДНОН ГЕОРГ СИМОНЕ Д

DISCERNENDA EXHIBET

ІОАННІС ВІЛІССУІ
ІАСІОНЕНСІS

ІАКІВ

ТУРІС МІЛІЕРІ
А. С. І. А.

Іоанніс Віліскуї, або Іаків Іасоненсіс, відомий як Іаків Іасоненсіс, був відомий письменник, поет та філософ. Він написав багато праць на латинській мові, зокрема «Пасіде» («Пасіда»), «Днон Георг Симоне» («Днон Георг Симоне») та «Іоанніс Віліскуї» («Іоанніс Віліскуї»). Його праці вплинули на розвиток літератури та філософії в Польщі та інших країнах Центральної Європи.



I. N. J.



Quantum ubique ponderis, uti
& inevitabilis subinde momenti in pro-
bè constitutis Rebusp. publico attribu-
endum veniat Ærario, vel ex eo saltem
apertius, provide Lector, colligere va-
lebis, quod nullus ferè felicior existat
Princeps, nullaque magis altâ pace fru-
atur civitas, quam quæ, præter laudandam virtutum co-
piam, bona etiam, ad quamvis necessitatem, parata ex
portoriis, vestigalibus, consuetisque Regni preventibus,
possidet. Hoc etenim modo non tantum insatiabilem
Bellonæ famem, absque speciali subditorum pressurâ, do-
mare; sed & alias togatas pariter atque sagatas erogatio-
nes, sine lachrymali multorum egestate, superare que-
unt. Valeant igitur jurati illi boni publici hostes, qui
Principes atque Resp. peculiis abundantes detestantur, co-
rundemque legitimè acquisitas opes publicas abhorrent.
Manifestum quidem est, inficias non eo, Regi in sacris li-
teris auri & argenti immensa habere pondera per Mosem
fuisse denegatum, Deuter.17. v.17. Indubium est, luben-
ter confiteor, pecuniarum copias Principeim reddere pos-
se impium, mollem & injuriosum: Compertum est, in-
genue dicam, per divitias majores & celebriores Magi-
stratum, vicinorum insidiis, dolis atque machinationi-
bus

bus miserrime fuisse expositum, *vid. Innocent. Gentil.*
lib. 3. Anti Machiavel. Theor. 32. p. m. 612. & seqq. Ast
hæc interim adeò prægnantia nequaquam censeo, ut sa-
lutare Ærarii augendi propositum labefactare, ne dum
evertere possint. Regi quippe immensis auri ponderibus
interdicitur, ad voluptatem scil. & luxum, vel ad com-
pescendam aliam perfidam, quæ mortales comitatur, la-
sciviam: sed inde male generaliter infertur, Reges ad ne-
gotia Rerum thesauros sine reprehensione non colligere,
add. 3. Reg. 14. v. 26, Regi porro adscribendum non censem-
tur, si, exquisitè cumulatis boni publici proventibus,
superbus evadat, crudelis aut securus; cum hæc non ut
Rex, sed ut homo comunitat; adeoque quod homini non
Regi; quod vitio non naturæ; quod artifici non arti im-
putandum veniat, *vid. Casp. Klock. de Ærar. l. 1. cap. 1. n.*
66. p. m. 10. Regi denique, Ærarium paranti, obicem non
ponit infortunium, quod aliquando à sitiente accolarum
turbâ iterum atque sèpius cum proprio periculo medita-
tur: cum nec ideo quisquis privatorum pecuniam vili-
pendat, quod prædonibus ædes sint expositæ; quid?
quod his sepositis nec oppida, nec arces, nec portus mu-
niendi; nec privatim opes conquirendæ, ne forte, quo
Patriæ noceant, hostes atque mali cives deprehendant,
add. Petr. Gregor. Tholos. l. 3. de Rep. cap. 9. Hæbet igitur
ex hisce, tranquille pariter ac per amice Lector, stabilitum
Ærarii commodum, cuius ex professò augmentationem
altius, me non obstante, secum repeatant Politici, & Juris
insimul publici consummatissimi Doctores; Cum mihi,
ut Juveni, pro temporis circumstantiâ exasse satisfaciat,
ejusdem haud vulgare incrementum, quod in bonis va-
cantibus consistit, considerasse.

CAP. I.



CAPUT I. DESCRIPTIONEM ET FUNDAMENTUM EX- HIBENS.

Concessa itaque Philologis & Lexicographis bono-
bonorum nostrorum vacantium Onomatologiā, ad
descriptionem & causas in pragmatologiā nos ac-
cingimus. Definiuntur autem bona vacantia à *Dn. Abas-*
verò Fritsch. Jur. Publ. Exercit. 6. vol. 1. tb. 2. p. m. 229.
quod sint, quorum non reperitur, qui ea sibi vindicet,
dominus. Ubi in fronte statim notamus erroneam illam
Doctorum quorundam opinionem, qui totum terrarum
orbem vacuum ab initio privatis possessoribus, adeoque
communem omnibus ratione usus extitisse; postmodum
verò, cum hæc communio displiceret, in proprietatem
abiisse, vel pacto expresso, sive per divisionem: vel taci-
to, sive per occupationem, quoniam res cunctæ nullum
specialem dominum habebant, statuunt. Horum vesti-
gia quoque relegit *Hugo Grot. de J.B. & P. cap. 2. l. 2. p.*
m. 112. §. 2. Sic enim inquit: Deus humano generi gene-
raliter contulit jus in res hujus inferioris naturæ statim
à mundo condito, atque iterum mundo post diluvium
reparato. Erant, ut *Justinus* loquitur, omnia commu-
nia & indivisa omnibus, veluti unum cunctis patrimoni-

um esset ; Hinc factum , ut statim quisque hominum ad
suos usus arripere posset , quod vellet , & quæ consumi
poterant consumere . Ac talis usus universalis juris erat
tum vice proprietatis . Nam quod quisque sic arripuerat ,
id ei eripere alter , nisi per injuriam , non poterat . Simi-
litudine hoc intelligi potest eâ , quæ est apud Ciceronem
de Finibus III . Theatrum cum commune sit , recte tamen
dici potest , ejus esse eum locum , quem quisque occupa-
rit . Neque hic status durare non potuit , si aut in magnâ
quâdam simplicitate perstiterent homines , aut vixissent
inter se in mutuâ quâdam eximiâ charitate : Horum alte-
rum , communionem scil . ex simplicitate eximia , videre
licet in quibusdam Americæ populis , qui per secula mul-
ta sine incommmodo in eo more perstiterunt : alterum ve-
rò communionem nimirum ex charitate , exhibuerant o-
lim Esseni , deinde Christiani qui Hierosolymis primi ex-
stiterunt , ac nunc quoque non pauci , qui vitam degunt
asceticam , & in fin . huj . § . simul discimus quomodo res
in proprietatem iherint ; non animi actu solo ; neq ; enim
scire alii poterant , quid alii suum esse vellent ut eo absti-
nerent ; & idem velle plures poterant : sed pacto quo-
dam aut expresso , ut per divisionem ; aut tacito , ut per
occupationem : simul atque enim communio displicuit ,
nec instituta est divisio , censeri debet inter omnes conve-
nisce , ut , quod quisque occupasset , id proprium haberet .
Concessum inquit Cicero , sibi ut quisque malit , quod
ad vitæ usum pertinet , quam alteri acquire non repugnan-
te natura . Cui addendum illud Quintilianus : si hæc con-
ditio est , ut quicquid in usum hominis cessit , proprium
sit habentis , profecto quicquid jure possidetur , injuriâ auf-
fertur . Et veteres cum Cererem legiferam & sacra ejus
Thesmophoria dixerunt , hoc significabant , ex agrorum
divi-

divisione exstitisse novi cujusdam juris originem ; add.
Joh. Selden. de jur. nat. & gent. secund. discipl. Hebraor.
lib. 6. cap. 4. p. m. 686. & in Mar. claus. lib. 1. p. m. 24. Ve-
rum enim verò, quamvis lubenter concedamus, quod oc-
cupatio in genere non nisi rei vacuit per naturam detur;
imò licet similiter non negemus, quod rei communis, in
quā communionis displicentia intercedit, divisio pro lu-
bitu iniri queat; interim hæc cuncta, salvo tamen recti-
us statucentium iudicio, ægrè hic, ut valida, applicare va-
lebit cum suis Grotius. Nullam etenim communionem
bonorum unquam fuisse certum est, hinc etiam non opus
fuit ejusmodi pacto divisorio, sive tacito, sive expresso;
cum indivisa rerum creatarum utilitas, uti dissentientes
præsupponunt, amplius non esset ad palatum. Qua pro-
pter malum sequi sententiam coruin, qui statuunt præ-
ter utendi-fruendi facultatem quotidianam, etiam cuncta
rum rerum creatarum dominium in primâ statim creatio-
ne Adamo fuisse concessum, Gen. 1. v. 26. & seqq. adeò,
ut non solum à rebus universis alios excluderet, sed & ne-
mo aliis, si quis adfuisset, (nequidem filii Adami, quam-
diu in paternâ adhuc erant potestate & familiâ,) jus occu-
pandi res nondum possellas & possidendi habere potuisset,
Dn. Strauch. de Imper. Mar. cap. 1. th. 9. Zigler. ad cit. loc.
Grot. p. m. 218. Hahn. observ. ad Wesenb. part. 1. tit. de J.
& J. n. 16. Dn. Struv. Syntag. jur. feud. cap. 1. aph. 1. At-
que hæc dominii ratio, uti Adamo ante diluvium conces-
sa est; ita in Noacho post diluvium renovata apparet, quip-
pe cui eodem pacto donatio facta legitur Gen. 9. v. 1. 2. 3.
Hic postmodum autor posteritati suæ fuit, ut urbes con-
deret, atque juxta mandatum divinum, in cap. cit. sele in-
mundo multiplicaret: Quare cum postmodum in im-
mensem excrevisset, & plurimat (verbis utor elegantissi-
mis)

ini Hug. de Roy. de eo quod justum est. l. i. tit. 8. §. 6. p. m.
77. & seqq. It. p. m. 80. & seqq.) per orbem terrarum jam
existerent familiæ, nec humana societas videretur posse
consistere, si diutius singulæ familiæ separatae permane-
rent passim ac sparsim distinctæ; Utique dum necessaria
ad vivendum ita commodè comparari non possent, neque
pax & concordia inter homines probè servari, succurren-
dum hominibus, corumque generi necessarium visum
fuit: aliumque rerum hominumque statum requirebat
bonum salutis & tranquillitatis publicæ: Neque alias so-
cietas humanæ vinculum detineri posse videbatur, cui
homo & natus & educatus erat. Sic itaque perfectior at-
que munitior societatis, in eaque rerum hominumque
status de necessitate placuit. Ad eum, quemadmodum &
jure nostro docemur, ratio naturalis & socialis hominum
suasit dominia rerum certa constituere, cumque in finem
sua cuique distribuere, atque in individuo propria statuere;
& ne qua imposterum confusio oriretur, agris cujusque
determinatos fines ac certos terminos ponere, civitates in
iisque domos concedere atque adeò gentes discernere.
Quò tandem factum est, ut orbis terrarum in proprietati-
tem iverit perfectiori modo, videlicet divisione. Cui
præterea jus Civile justæ conservationis atque accuratio-
ris determinationis modum concinne superinduxit, add.
Jacob. Mastert. de Justit. LL. Rom. lib. i. dub. 9. object. 1.
p. m. 39. Lud. Molin. de J. & J. tom. i. tr. 1. disp. 5. n. 4. &
seqq. p. m. 14. Gabr. Vazquez. in Comment. in 1. 2. Thom.
tom. 2. disp. 157. quest. 95. cap. 3. n. 21. p. m. 74. & seqq. Dn.
Struv. Syntag. Jur. feud. cap. 1. aph. 1. p. t. Hahn. add. We-
senb. in tit. de J. & J. n. 14. p. 1. p. m. 73. & seqq. Ex his
itaque satis apparet, quod nulla vacantia bona in toto
terrarum orbe statim post primo creatos parentes aliquis
offen-

offendere potuerit : sed quoniam nos circa alia quædam;
uti nostris temporibus , confirmato jam gentibus rerum
dominio , reperiuntur , imposterum occupati erimus , Tibi,
Benevolè Lector , uberiori cum assiduitate hoc juris pri-
mævi , punctum judicandum derelinquimus . Alias fun-
damentum juridicum bonorum nostrorum vacantium ,
uti ea imposterum prosecuturi sumus , prostat in eos . tit .
*C. de bon. vacant. l. recusare. 6. §. sed fisco. 3. ff. ad SC. Tre-
bell. l. cum fisco. 9. ad SC. Silan. jung. l. nec ullam. 13. §.
item si quis à fisco. 9. ff. de hæred. petit. l. fiscus. 38. princip.
de Jur. fisc. l. sive ingenua. 2. §. videndum 47. ad SC. Ter-
tull. l. filius familiæ. 114. §. qui intestat. 2. l. quidam 96. §.
quoties. 1. de legat. 1. l. intra. 10. C. de inoff. testam. l. la-
ta sententia. 22. C. de Apell. l. quamvis. 18. ff. de Usucap.
l. bona. 1. C. de donat. inter vir. & uxor. l. notum. 1. C. de
quadr. præscript. l. quod divo. 50. princ. ff. de manum te-
stam. l. ergo. 24. §. 17. eadem constitutio. de fideicommiss.
libert.*

CAP. II.

CAUSAM EFFICIENTEM, MATERIALEM, FOR- MALEM, ET FINALEM PRODUCENS.

CAUSAM efficientem horum bonorum vacantium (1.)
mortem dico , quippe quæ per universale divinæ ma-
jestatis decretum , dominium in bonis quibusvis creatis
hominibus annullat ; non distingo tamen , an mors natu-
ralis ,

ralis, an vero civilis accidat; quippe cum utraque certe modo aliquando concurrere possit. (2.) Homines ipsos produco, qui partim propter testandi negligentiam, partim quoque propter denegatam testamenti conficiendi copiam dominium nec in alios deferunt, nec etiam dum rem pro derelicto habent, sibi amplius possidere cogitant: huc accedit deinde authoritas summi Principis, quæ bona jam nullius existentia sibi vindicat, præviâ citatione ac proclamatione, *Aretin. Consil. 324. n. 2. Castrens. consil. 143. l. 1.* Nec interest, an praedictus summus Princeps in Imperio nostro Imperator, vel Rex sit, quod vult *Sixtin. de Regal. cap. 9. n. 20.* an vero Dux vel Princeps in specie sic dictus; Item Comes atque Baro immediate Imperio subjectus; cum quilibet eorum tantum valeat, & ea facere possit, quæ Imperator per universum Orbem, *Bertrand. consil. 59. vol. 2. part. 1. n. 10. Peregrin. de Jur. fisc. cap. 2. n. 104.* quod etiam utiliter ad Episcopos, qui insimul Status Imperii sunt, & territoria ac dominium seculare agnoscunt, extenditur. Distinguitur tamen inter bona mobilia, & immobilia; hæc Jure Saxonico fisco, aut Magistratui loci, sub quo immobilia sunt sita, deferuntur; scilicet, quia horum intuitu defunctus fuit subditus illius Magistratus, nec ad exemptionem provocare potuit: illa Principi, jura Episcopalia excenti, adjudicantur; quod præjudicio Scabinn. Lipsiens. confirmat *Benedict. Carpz. Jurispr. Consistorial. lib. 3. tit. 1. defin. 9. n. 7. in verb.* Ist unlängst unter dem Euch anbefohlenen Ampte ein alter verlebter Priester etc. todes verfahren / und hat weder Weib noch Kinder / noch auch andere Erben / an Fahrnüs aber etwas von unverschöntener Leinwand / einen geringen Priester Rock und andere Kleider / Bücher und Decem. Getreidig / nach sich verlassen; So hat Er solche

the seine Erbschafft / und was nach Bezahlung der Bei
gräbnis / Kosten übrig / als beweglich Gut / an die hohe
Bischöfliche Obrigkeit / derer Consistorio die Jurisdi-
ction über der verstorbenen Person zugestanden / billig
gebracht / und verfället etc. Nec obstat , quod Consi-
storia Ecclesiastica altam jurisdictionem & merum imperi-
um non habeant ; ergo etiam bona vacantia sibi attribue-
re non possint , vid. late Carpz. lib. cit. defin. 5. per tot. p.
m. 663. cum exinde nondum Episcopo criminalis Juris-
dictione sit denegata , licet Consistoriis non competit ; his
adde , quod Episcopi & que ut Magistratus seculares , fisco
utantur , quod latius prosequitur M. Anton. Peregrin. J.C.
Venet in elegant. tract. de Jur. Fisc. p. m. 27. Carpzov. Re-
spens. Jur. Elect. lib. 6. resp. 42. Idem potest applicari ad
Nobiles immediatos in Sueviā, Franconiā & superiori
tractu Rehni , cum & superioritate territoriali gaudcent ,
vid. Christoph. Ming. de superioritat. territor. cap. 3. n. 45.
Ap. Joh. Erasm. Seifart. in nucleo discursuum Juris Publ.
p. m. 955. Ceterum aliis Nobilibus , superiorēm recogno-
scēntibus , ut & vasallis in quibusdam ditionibus hoc con-
fiscandi regale lubenter negantur , cum Anton. Sol. in con-
stitut. Sabaud. de indulgent. remiss. gl. 2. n. 1. fol. 405. Casp.
Klock. de Ærar. l. 2. cap. 136. n. 10. p. m. 672. Sic Rex succe-
dit vasallo Baronis , in bonis Burgensaticis , si intestatus &
sine hæredibus moriatur , non Baro , in Regno Neapolita-
no , Afflōt. in constit. Regn. l. 3. rubr. 10. n. 4. Et quanquam
jure Civili , si bona aliter , quam per mortem illius , qui
nullum habet heredem , nec ex testamento , nec ab intestato ,
vacent , utputa quia dominus ea , pro derelictis habet ,
coque animo abjicit , quod nolit sua esse , statim occupan-
tis fiant ; quia iisdem modis , bona desinunt nostra esse ,
quibus acquiruntur , hoc est animo , arg. l. si is. 1. I. prode-

relicto. 2. l. si id. 5. ff. pro derelicto. quacunque. 58. ff. de A.
R. D. attamen hodie bona pro derelictis habita & cætera
adspota fisco cedunt non occupanti; Unde plerique cen-
sent, tit. pro derelicto moribus cessare, vid. cum Zyp. in
Not. jur. Belg. Anton. Perez. in C. ad tit. de bon. vacant. n.
22. p. m. 682. quod eidem, posita locali observantia, luben-
ter concedimus, interim non negantes, aliis in locis, ubi
hæc consuetudo recepta non est, jus Civile firmum per-
manere posse. Sic & jure Rom. antiquiori bona omnia,
hærede destituta, ex indulgentia Imperatorum nonnun-
quam aliis, quam fisco concedebantur, (prouti Aureliis
in Galliâ etiam eandem adhuc consuetudinem esse testatur
Paul. Matth. Wehner. pract. observ. verb. Königleute
p. m. 444.) Hinc præfectus Prætorio in bona suorum ap-
paritorum vacantia succedebat, non fiscus, l. 3. C. de appar.
pref. prætor. à quo tamen placitis Curiarum recessum esse
docet Gall. quest. 212. Et quest. 190. Ap. Perez, loc. cit. n. 10.
Quæritur autem an quoque Civitates sibi hoc jus occu-
pandi bona vacantia attribuere, forsitan per privilegiū
aut diuturnam possessionem & præscriptionem, valeant?
Hoc in jure nostro Civili Imperatores Diocletianus & Ma-
ximianus expressè negant in l. scire debet. 1. C. de bon. va-
cant. in verbis: Scire debet gravitas tua, intestatorum res,
qui sine legitimo hærede deceperint, fisci nostri rationibus
vindicandas; nec civitates audiendas, quæ sibi earum vin-
dicandarum jus veluti ex permisso Principis, vel legis,
gloss. ad b. v. p. m. 17. vindicare nituntur. Et deinceps
quæcunque intestatorum bona civitatibus obtentu privi-
legiorum suorum occupata esse compereris, ad officium
nostrum eadem revocare non dubites. Rationem hujus
rei positam animadvertimur in l. omnes. 6. C. si contra jus
vel util. publ. Imperator Anastasius omnes, cujuscun-
que

que majoris vel minoris administrationis, judices mones
ut nullum rescriptum, nullam pragmaticam sanctionem,
nullam sacram adnotationem, quæ generali juri, vel utili-
tati publicæ adversa esse videatur, in disceptationem cuius-
libet litigii patientur proferri. Sed generales sacras con-
stitutiones non dubitent observandas: Interim si Princeps
fortè proprio & spontaneo motu, absque præcedente soli-
citatione, hoc privilegium bonorum vacantium recipi-
endorum tribuerit, omnino illud validum arbitror, ob
clarum textum in l. quisquis. C. i. de petit. bon. sublat. ubi:
sed quoniam plerumque in nonnullis causis inverecunda
petentium initiatione constringimur, ut etiam non con-
cedenda tribuamus; nec rescripto quidem nostro adver-
sus formam latæ legis loci aliquid relinquatur. Si qui
autem ex bonis talibus nostro judicio, nullo tamen desi-
derante atque poscente, concedi cuiquam voluerimus,
hujusmodi tantum valeat liberalitas. Nostris moribus
in Imp. Rom. Germ. usitatis, distinctio videtur adhiben-
da, inter Civitates Imperiales liberas & municipales. Illis jus
confiscandi omnino attribuendum esse non dubitamus,
per ea, quæ tradunt And. Gail. in observ. pract. lib. 2. ob-
serv. 130. n. 15. p. m. 472. Thom. Merckelbach. ap. Casp. Klock.
consil. vol. 1. consil. 22. num. 45. & seqq. pag. m. 64. Praeser-
tim cum Civitatibus Imperialibus intra moenia, distri-
ctus & territoria, perinde jura competant, ut Ducibus,
Marchionibus, Comitibus &c. dominium perpetuum
possidentibus, & habeantur loco Principis, atque pos-
sint omnia facere quæ Imperat. In imperio, vid. Fe-
lin. Sand. ad rubr. X. de Appellat. num. 4. add. fusius
Casp. Klock. loc. cit. in quest. Ob die Erbarn Frey-
und Reichs-Städte auff begebende Fälle sich des
juris

juris confiscandi, und verfolglich auch succedendi in bonis vacantibus ohn angesehen / sie derent wegen keine sondbare Kaiserliche Cocession oder Begnadigung ausszuzeigen hätten / rechtmässig unterfangen können ? Et hoc ad Civitates etiam mediate Imperio subjectas ex singulari Principis concessione jus fisci, merum & mixtum Imperium, aliaque regalia habentes, extendunt Bartol. à Saxoferrat. ad l. 2. ff. de Jur. fisc. n. 2. Plat. ad l. 1. C. de bon. vacant. Eodem pacto Civitatem Luncburgensem, quæ mediate duntaxat Imperio subest, jura fisci præscripsiisse testatur Cranz. consil. 4. n. 24. vol. 4. vid. Mynsing. Respons. 3. decad. 3. n. 100. add. Angel. de malef. verb. & bona publicantur. n. 5. ubi subjungit, hujusmodi Civitates posse hodie in Camera fiscalis dici Procuratores in rem suam ; cum ad sui utilitatem utantur jure fisci, ex tacito vel expresso Principis consensu. Jure Saxonico, qui jurisdictionem & merum mixtumque Imperium habent, idem jus sibi arrogant & bona vacantia in suo territorio sita occupant, juxta LandR. l. 1. art. 28. p. m. 292. Benedict. Carp. prax. crim. p. 3. quest. 138. n. 44. p. m. 217. Caspar. Klock. de Ærar. l. 2. cap. 136. n. 29. p. m. 673. Christoph. Besold.thes. pract. verb. Erblose Güter. 53. p. m. 241. cum Coler. de Process. Execut. p. 1. cap. 3. n. 288. Goldbec. in tr. d. success. grad. cap. fin. n. 8. Paul. Matth. Wehner. obs. pract. verb. Königsleute. p. m. 444. Dan. Moller. part. 3. cap. 38. n. 9. Joh. Scheidevv. ad tit. Instit. de hæred. quæ ab intestat. tit. de success. fisc. n. 14. p. m. 435. Dn. Joh. Christoph. Heyoldt tr. de jur. representat. & transposit. cap. 1. concl. 2. §. 18. p. m. 83. Quod de Regno Galliæ etiam attestantur Carpz. Wehnerus & alii in l. c. cum Regner. Sixtin. de Regal. l. 2. cap. 9. n. 60. in fin. dum bona ibidem vacantia non solum ad fiscum Principis, sed alios etiam pertinent Magistris.

gistratus. *Causam finalem* non certe uniformem, sed perinde variam deprehendimus: Sic ratione mortis naturalis ea dici potest annihilation quædam ad destructionem totius Universi conducens, quoniam tamen nos potissimum fisci jura & Reip. interesse in bonis vacantibus attendimus, eandem quoque statuimus locupletationem Ærarii, sive fisci publici (quoniam alias hæc duo inter se differe probè nobis sit cognitum, *Bodin. l. 6. de Rep. cap. 2. num. 641.* *Paul. Bus. lib. 3. de Rep. cap. 1. n. 3.* licet nonnunquam confundantur, *Caspar. Klock. de Ærar. l. 1. cap. 2.*) atque, ne rerum dominia semper sint in incerto, occupationem Reip. proficuam. *Materiam* suppeditant omnes res, quæ in dominio esse possunt, sive illæ corporales, sive absque corpore existant. *Formam* videmus positam in actuali defectu & inhabilitate possessoris, vel hæredis, ex qualibet linea sanguinis, vel alio juris titulo.

CAP. III.

SPECIES QUAS DAM BONORUM VACANTI- UM ENUMERANS.

SEpositis causis, progredimur ad bonorum vacantium species, quas si non omnes (prouti vel veræ, vel fictæ) tamen præcipuas imposterum declarabimus. Prima autem earum atque maximè inter veras & propriæ sic dictas usitata reperitur in hæreditatibus, quæ scil. secundum *Brunnen. Comment. ad l. scire. i. C. de bon. vacant. p. m. 865.* derelinquuntur ab iis, qui legitimo herede in universum destituuntur. Ubi videlicet neque ascendentes, neque descen-

descendentes ; neque collaterales consanguinei , neque
uxor , (quæ in quartam bonorum successit , auth. præterea .
C. und. vir. & ux.) neque socius liberalitatis Imperialis ex-
istunt , neque mortuus in legitimo Collegio fuit , (ubi ali-
as Curia succederet .) neque Patronus adest , neque defun-
ctus religionem fuit professus , add . l . i . C . si liber . Imp . soc .
lib . 10 . l . i . ff . de Jur . Fisc . l . i . C . & seqq . de bon . vacante . l . 2 .
C. de petit. bonor. sublat. l . 7 . C. commun. de success. Maxi-
mil. Faust. ab Aschaffenburg. consil. pro arar. class. 13 .
consil. 21 . ord. 30 . p. m. 571 . Dominic. Cardinal. Tusch. concl.
pract. vol. 1 . lit. b. concl. 115 . n. 4 . p. m. 330 . Ex quibus con-
stat , quod si lite motâ adversus fiscum quis contendat , se
proximum ex genere defuncti hæredem , quamvis gra-
dum probare non possit , (quod tamen negat *M. Anton.*
Peregrin. J. Ct. Vener. Tract. de Jur. Fisc. lib. 4 . tit. 3 . n. 3 .
p. m. 176 . cum Tiraquell. de retract. mun. §. 1 . gloss. 16 . n. 9 .)
fisco præferatur , modo prober , se à defuncto habitum fu-
isse pro cognato , vel consanguineo & ab eodem aliquan-
do dictum , si contingere se decedere intestatum & sine li-
beris , suum futurum hæredem , aut sub mortem dixisse ,
sibi esse proximum , *Anton. Perez. ad cit. tit. C. n. 26 . p. m.*
682. Aliás non curamus , an testamentum antea à testatore
consecutum & desertum fuerit ; an verò fiscus propter
omnem aliorum heredum carentiam (quam non impedire
potest affinitas , quæ nullam successionem præbet , *Carpz.*
Jurispr. Consistorial. p. 3 . tit. 1 . defin. 9 . n. 1 . p. m. 661 . per l.
affinitatis. 7 . C. commun. de Success. jung. Johann. Schnei-
devv. & Johann. Harpp. ad pr. Instit. de hered. quæ ab Intest.
Sixtin. de Regul. lib. 2 . cap. 9 . n. 3 .) jure proprio ab intesta-
to succedat . Jure Saxonico antiquo notabiles de hac textus
perspiciuntur in *LandR. lib. 1 . art. 28 . p. m. 292 . verb. Was*
solches Dinges erblosß stirbet/ als Heergewet/Erb oder
Gerae

Gerade / das soll man antworten dem Richter / oder
Gronboten / ob Er es heischet nach dem Dreissigsten.
Das soll dann der Richter behalten Jahr und Tag
unverthan / und warten ob sich iemands darzu ziehen
wolt mit Recht. Kommt da niemands / so fehre es
der Richter darnach zu seinem Nutz: Es were denn /
dass der Erb gefangen were / oder in des Reichs Dienst
gezogen / oder in Gottesdienst außer des Landes / so muß
er sein warten mit dem Erb / bis daß Er wieder komme.
Dann Er kan sich an seinem Erbe nicht verschweigen.
ubi gloss. nov. lit. b. Weichbild. art. 59. verb. ob ein Erbe.
*ibi gloss. n. 2. p. m. 85. ubi : das wisset hier. Minus tam
men congrua horum verborum censetur explicatio : cum
homines bellis nonnunquam detinerentur, eoque plurcs
sæpè patriâ abessent, singulariter bonorum mobilium ex
tendebatur possessio ; Ita, ut si interea domi quis sine he
rede decederet, judex statim post triginta ab obitu dies
mobilia ejus, jure Majestatis, occuparet, eaque anno & sex
hebdomatibus conservaret hæredi, si quis forte superven
niret, restituenda. Tempore autem eo transacto, non pos
sessionem modò, sicut privatus, sed proprietatem quoq;
lucraretur, &c. atque hanc facit Jacob. Schultes. quæst.
pract. 37. num. 4. p. m. 381. Obiter quoque hic taxamus
irrationabilem illam consuetudinem & maximè barbaram
Japonensium, apud quos mulieres, demortuo marito su
perstites, dignates atque facultatum suarum jacturam
patiuntur ; coimæ ipsis absinduntur ; herbae Betel elus,
mundi muliebris usus, vota etiam secunda prohibentur,
&c. vid. Roger. P. l. c. 20. p. m. 209. Quæritur autem an
fiscus jure hereditario bona acquirat, an vero jure superi
oritatis & in vim regalium ? Utrumque defendunt varii.
Prius quidem Ludv. vell. disp. ad Inst. Justinian. 10. th. 5.*

C

lit. E.

tit. E. p. m. 206. Cum & legata & fideicommissa præstatæ teneatur ; quanquam in eo ab aliis hæredibus differat , quod bona intra quadriennium agnoscere teneatur , alias possessor præscriptione se tueri potest , l. 1. §. 2. ff. de legat. 2. Novell. 1. cap. 1. Fachin. 6. controv. 22. Valent. Riemer. disp. 8. quest. fin. Etiamsi quoad posterius , quod asserit Anton. Perez. ad C. de bon. vacant. n. 32. p. 683. non eamus inficias , fiscum , ut jus successionis obtineat , atque se se in puncto successionis legitimet , & jura superioritatis atque regalium competentium docere & possidere debere , Goshofred. Ant. disp. AntiVult. 2. th. 3. n. 26. Nec obstat sententia Marc. Anton. Peregrin. de jur. fisc. l. 4. tit. 3. n. 26. Prosp. Farinac. quest. Crim. lib. 1. quest. 25. n. 168. Jul. Clar. l. fin. quest. 78. n. 30. p. m. 360. & fusè Perez. loc. cit. qui statuunt , fiscum ad præstanta legata non teneri , ex qua consequens illud exstrui potest ; illum etiam hæredem non esse , cum voluntatem defuncti supplere non debeat : add. Bened. Carpz. Jurispr. Consistorial. lib. 3. sit. 1. def. 9. n. 9. p. m. 671. Veruntamen eorum opinio non videtur tanti momenti , ut nos ab affirmativâ detinere valeat. Quod enim attinet l. quod divo. so. princip. ff. de manum. testame. & l. ergo 4. §. 8. eadem constitutio. 17. ff. de fideicommiss. libert. non negatur in iis , libertatem testamento reliquam locum habere , quando fiscus accipit bona vacantia ; sed negatur locum habere constitutione divi Marci , quum cessat in casu , quo bona in eo statu non sunt , ut addici possint libertatum servandarum causâ , ne vendantur , quo fiscus , ea agnoscens , libertatem impedire non possit. Et licet per l. si nemo. 18. de Reg. jur. omnis vis testamenti tollatur , si hæreditas non fuerit adita ; hoc tamen in casu nostro præsupposito applicari nequit , cum fiscus loco hæredis intercedere censematur , vid. l. recusare. 6. §. sed fisco. 9. ad

ad S. C. Silan. l. dicitur. 14. de jur. fisc. Fach. loc. cit. p. m.
646. His adde, quod fiscus affines & tutores excludat, arg.
l. affinitatis. 7. C. commun. de success. Sed an fiscus, pos-
to eo, quod hæres ab intestato fieri possit, debeat quoque
inventarium facere ? altioris indaginis dubium esse con-
stat ; negat illud etiam de fisco hærede testamentario insti-
tuto, Peregrin. de jur. fisc. lib. 4. tit. 1. n. 3. p. m. 172. Ast
quoniam hoc in negotio partim fiscus jure privati uti de-
bet, potius distinguendum censemus inter successionem
fisci ex testamento, & ab intestato jure superioritatis : illam
confectionem inventarii desiderare, cum hoc effectu, ut
negligens fiscus ultra vires hæreditatis teneatur ; hanc il-
lam non acquirere, confidenter asserimus. Porro ad hæc
fisci jura in bonis vacantibus referimus bona Geradæ &
Heergevettæ, quemadmodum supra diximus, Saxon-
icæ, si nulli derelicti sint filii & cognati, vel filiæ & cognatae :
tunc enim prædicta bona utensilia, & res expedito-
riæ fisco debentur, vel ad eum, qui superiorem jurisdic-
tionem habet, transmittuntur, der die Ober- und Hals-
Gerichte hat / und davon Stock / Branger und Gal-
gen erhalten müß : Weichbild. l. 2. art. 59. p. m. 84. ubi
gloss. in verb. Wo ein Erbe erbloß stirbet / da sich nie-
mand zu zeuhet binnen Jahr und Tag / daß solch Erb-
loß Stück / fällt an die Königliche Gewalt. add. Johan.
Sehneidevv. ad tit. Instit. de hared. qua ab intest. tit. de
success. fisc. p. m. 435. Cöler. de process. execut. pars. i. cap.
3. n. 435. Idque similiter innuit Constit. Elector. August. 38.
p. 3. p. m. 73. in verb. Da aber keine Erben vorhanden/
oder aber die Erben / oder vergleichene Personen / wel-
chen die Erbschafft / oder andere vorfallete Stück oh-
ne daß gebühren / weren alle der Ende saßhaftig / von
dannen man solche Güter oder Stücke nicht wil folgen

lassen / auff den Fall solten dieselbigen Güter der Obrigkeit des Orts / da sich der Fall begeben / bleiben. Idem de jure Hallensi statutario testatur Magnif. atque Nobiliss. Dn. Joh. Christo b. Heroldt. quondam Sereniss. Dn. Administr. Archi- Ep. Magdeb. Consil. & Consist. Ducat. Sax. Querfurt. ac Comitat. Barb. Assess. meritiss. nunc vero Reip. Hall. Consul. Graviss. Tr. de Jur. Representat. cap. i. §. 18. n. 110. p. m. 84. Secundam speciem bonorum vacantium ipsi rerum possessores efficiunt, qui per voluntariam derelictionem imposterum domini bonorum esse recusant. Hoc enim factò si creditores, hæredes, & alii, quorum interest, bona à fisco non apprehendi, legitimè fuerint civati, & non comparuerint, vel sese obtulerint, fisco propter defectum dominii directi, omnino cedunt : Idque potissimum, ne debita, aliaque varia Magistratui præstantia cum magno & præsentissimo Reip. damno, omittantur, Maximil. Faust. ab Aschaffenburgk. consil. pro Æraro. class. 8. consil. 36. ord. 716. pag. m. 360. Dominic. Cardinal. Tusch. concl. pract. vol. 1. concl. 115. lit. b. p. m. 330. Quod si tamen comparuerint, sequentem in modum res peragenda censetur, quem nobis præscribit Resolut. Johann. Georg. II. Elect. Sax. Wie es mit den Fructibus naturabilis auf den wüsten Gütern zuhalten / sub dat. Dresden den 19. Nov. 1659. p. m. 195. in verb. Und ist darauff hiermit Unser Begehrren / du woltest alle diejenigen / so wüste Häuser / Güter und Gärten in dem dir anvertraueten Ampte anzunehmen gesonnen / auff einen gewissen Tag vor dich bescheiden / Handlung pflegen / ob an statt des Kauffgeldes etwas leidliches zuerheben / versuchen / und solches zur Helfste unter die Kirchen- und Schul-Diener / auch andre prioritätsche Gläubiger / so auf dem Hause oder Gute Forderung haben / auf-

anstheilen / die andre Helfste aber / Unsern Amtsme am
statt der Gefälle zueignen. Im wiedrigen Fall aber /
und wann nichts zu erhalten seyn will / das Haus oder
Gut denjenigen / so sich darum angiebet / ohne entgeld /
Erb- und eigenthümlichen zuschlagen / auch darmit sich
die Erben oder Creditores , wo deren vorhanden / desto
weniger zu beschweren haben mögen / ihnen Krafft die-
ses auferlegen / daß sie sich binnen gedoppelter Sächs.
Frist / ob sie das Haus oder Gut selbsten zu bestellen /
und anzub. uen gemeinet / Gerichtlichen erklären / oder
hernach ferner nicht zugelassen / sondern der neue Besi-
sizer und dessen Erben iederzeit Ampts wegen darben
geschützt werden sollen etc. Tertiam speciem suppedita-
tant loca deserta & inculta , nullique distributa , ut montes
& similia , quæ nec occupantur à privatis , aut ab oppidis
vel pagis , sed ad Reip. dominium pertinere judicantur : pro
quorum perquisitione reatissimè olim instituti sunt inqui-
sidores diligentes , qui ea inventa dominio adjungerent
Imperatorum. Diviserunt deinde Principes aut Resp.
steriles & desertos inventos agros colonis excolendos , ab
initio quidem gratis ; postea verò constitutâ pensione :
in quâ re Massinissæ singulare prostat encomium , de quo
legitur , quod totam Numidiam ex incultâ & desertâ , o-
mnium fructuum abundantissimam reddiderit , vid. Her-
man. Lather. de Cens. lib. 3. cap. 5. Faust. lib. cit. class. 5.
ord. 493. Besold. Polit. lib. 1. cap. 4. num. 51. Læl. Zech.
de Princip. lib. 2. cap. 3. pag. m. 316. Nec Politici aliud
medium augendi Ærarii expeditius , magisque incul-
patum judicant , quam si curetur , ut nulla pars Ter-
ritoriï maneat inculta ; & ager tanquam fundamen-
tum , quo innititur Reip. machina universa , non negliga-
tur.

tur. Ut enim neglectis urenda filix innascitur agris, Horat. 1. serm. sat. 13. Sic, ex eis filicibus, ex sterilibus agris messis provenit, Casp. Klock. de Aerar. lib. 2. cap. 1. n. 31. p. m. 177. Quartam speciem horum bonorum exhibet thesaurus, gloss. ad art. 25. lib. 1. LandR. n. 2. p. m. 345. quippe qui tam in loco religioso, quam in loco proprio inventus jure quidem Civili inventori cedit, §. thesauros. 40. Inst. d. R. D. non obstante l. non intelligetur. 3. §. si in locis. 10. ff. de Jur. fisc. Quanquam enim Cujac. in recitat. ad d. l. 3. §. pen. & l. 9. observ. 37. ut & Duar. Comment. ff. sit. d. A. R. D. cap. 4. existiment, variaſſe Imperatores circa acquisitionem theſauri, in loco religioso inventi, quibus assentitur B. Carpx. in Jurisp. forens. part. 2. const. 53. def. 5. n. 6. qui Tribonianus imprudentiam hanc diversitatem & antinomiam nobis reliquise innuit; attamen potius cum Lycklam. l. 2. Membran. Eclog. 7. & Arnold. Vinn. ad dict. §. thesauros. distinguere malumus, inter locum religiosum publicum & privatum: de hoc intelligendus est §. cit. thesauros. de illo vero l. 3. §. 10. ff. de Jur. fisc. Nec aliquid negotii causatur (1.) quod locus religiosus sit res nullius, §. nullius. 7. Inst. d. R. D. est enim talis ratione dominii, cum ē contrario alicujus esse possit ratio juris sepeliendi: & hoc respectu alia res sacra videtur posse dici privata, ob l. 9. §. 2. ad L. Jul. pecul. Aliud (2.) contra responsionem nostram obtrudit Donell. 4. Comment. 14. videlicet quod in l. 3. §. 10. de Jur. fisc. non sermo sit de locis religiosis publicis, cum religiosa ibi opponantur publicis: sed nos de talibus locis absolute publicis, qui videntur in §. 2. & seqq. Inst. de R. D. non loquimur, sed potius de iis, quæ quodammodo publica apparent, reverā autem nullius sunt, secundum §. 7. & seqq. hoc tit. Matth. Berlich. part. 2. concl. 64. n. 15. p. m. 449. Jacob. Menoch.

l. 5.

I. 5. præsumpt. 30. 2. 8. p. m. 590. Hoc jure Saxonico quoque in thesauro in fundo proprio reperto procedit, *B. Carpz.*
ad constit. Elect. August. part. 2. constit. 53. def. 4. & seqq.
nisi quod temporibus nostris thesaurus, in sacrī & religiōsis locis inventas, dimidius ad Ecclesiam & dimidius ad inventorem spectet, *Dn. Struv. Syntag. jur. civil. Exercit.*
41. th. 54. p. m. 572. Cum alias thesaurus, in loco, qui non
est in patrimonio singulorum, videlicet publico sive Cæ-
sarī, vel religioso, inventus data opera; vel etiam magi-
cīs artibus in proprio repertus, pertineat ad fiscum, *Six-*
tin. d. Regal. l. 2. cap. 21. Bachov. ad Treutl. vol. 2. d. 20. th.
29. Rennem. de jur. rer. D. 9. th. 9. & seqq. Ast multis in
locis consuetudo ab hac prædicta sententiā divortium fe-
cit, ita ut thesauros ferē totius orbis ad Reges & Princi-
pes pertinere dicant *Prosp. Farinac. prax. crim. tit. de var.*
& divers. quest. q. 1104. inspect. 1. n. 32. Henning. Arnis. de
jur. Majest. lib. 3. cap. 6. n. 23. ubi refert, Richardum II. Re-
gēm Angliæ armis insecum suisse Nobilem quendam si-
bi subiectum, quod thesaurum in proprio fundo repertum
sibi tradere negaret. Sic & Gothorum Reges thesauros
sibi vindicarunt, *Cujac. lib. 9. observ. 32.* Et apud Hispanos
lege Regiā constitutum est, ut quinta tantum pars in-
ventori relinquatur, reliquæ in fiscum cogantur. Et por-
tionem ex thesauris ad fiscum redire, rationes esse conten-
dit *Jacob. Bornit. de Ærar. l. 3. cap. 9. add. Casp. Klock. lib.*
2. de Ærar. cap. 116. num. II. & seqq. Maximil. Faust. ab
Aschaffenburg. consil. pro Ærar. class. 6. consil. 22. ordin.
564. p. m. 251. qui hanc confiscationem exinde licitam esse
tradunt, quod thesaurus, pro derelicto habitus, sit res nul-
lius; de rebus autem quae nullius sunt, ad salutem & uti-
litatem Reipub. Princeps disponere potest, *Matth. Steph.*
de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 444. Longè diversa est
ratio

ratio ejus thesauri , c̄ajus mentio fit in l. i. art. 35. LandR. p. m. 344. in verb. Alle Schätze unter der Erden begraben tieffer denn ein Pflug gehet / gehören zu der Königlichen Gewalt. Quoniam hic textus non de thesauris absconditis , sed de fodinis metallicis intelligendus est , Const. Elector. August. 53. part. 2. ibique Carpz. p. m. 875. & seqq. De thesauris alias in genere videantur & consulantur Ludovic. Molin. tom. 1. de Justit. & Jur. & comment. de Primogen. Hispan. lib. 1. cap. 23. Heinric. à Rosenthal. de feud. c. 5. conclus. 92. & 93. Matth. de Afflict. ad Consuet. Neapolit. rubr. 59. p. m. 212. Francisc. Mignon. ad Consuet. Andegavens. tit. 61. p. m. 24. Johan. Caspar. Bitsch. tr. de Thesaur. Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. univers. lib. 15. c. 39.

CAP. IV. SPECIES QUASDAM BONORUM VACANTI- UM APPARENTES DELINEANS.

Neutiquam tamen, ut bona vacantia , agnoscimus naufragorum bona , tametsi pravam hanc consuetudinem multis in locis receptam esse sciamus : hæc enim eo animo non ejiciuntur , ut quis ea habere nolit , sed ut mortis periculum effugiat , ideo ubique sunt , manent ipso cum dominorum , & qui ea animo lucrandi abstulerit , furum committit , §. alia sane 48. Inst. de rer. div. Idem confirmat Ulpianus in . I. Prætor. Princip. ff. de incend. ruin. nauf.

nauf. ubi in eum, qui ex incendio, ruinā, naufragio, rate,
nave expugnata quid rapuisse, recepisse, dolo malo, da-
mnive quid in his rebus dedisse dicetur: in quadruplum
in anno, quo primum de ea re experiundi potestas fuerit:
post annum in simplum judicium datur. Secundum con-
stitutionem Friderici Imperatoris poena horum surripien-
tium res naufragorum aucta videtur, ita ut omnia ipso-
rum bona confiscentur, non obstante aliqua consuetudi-
ne in contrarium, *Auth. navigia C. de furtis. Schneidevv.*
ad §. fin. Inst. de R. D. p. m. 186. num. 1. & seqq. nisi prædi-
ctas res derelinquendi animo ejusdem esse constet, *Ludvv.*
Exercit. 4. th. 5. lit. f. p. m. 71. Jacob. Menoch. de præsumpt.
lib. 5. præsumpt. 30. n. 20. p. m. 591. Exempli gratia, si libros,
resque similes, quæ diu maris humorem ferre nequeunt
in altum & medium Oceanum jactaverit, *Domin. Arum.*
Exercit. ad Inst. 4. th. fin. p. m. 979. Hanc planè injustam
& certè detestandam legem civilem apud Anglos, Armo-
ricos, & Siculos usitatam fuisse scribit *Hug. Grot. de J.B.*
& P. lib. 2. cap. 7. n. 1. p. m. 175. imò in Germaniâ simili-
ter obtinuisse contendit *Maximil. Faust. ab Alschaffens*
burgf. Consil. pro arar. 15. class. 6. ord. 557. idque non modo
in mari & Oceano, sed etiam in Rheno, & Albi, ubi con-
tra Fridericum Comitem Stadensem olim disputatum ab
Archiepiscopo Bremensi, eum servili ventre fuisse natum,
propterea quod ipsius mater, facta in Albi naufragio, cum
ventrem gereret, in Archiepiscopi potestatem jure naufra-
gii venisset, *add. Spangenberg. in Chron. Querfurt. Kirchn.*
de Rep. disp. 17. Coroll. 7. Concinnè hâc de re differit *Johan.*
Bod. de Rep. l. 1. cap. 10. p. m. 267. (licet eundem falso taxet
Hug. Grot. in Not. ad loc. cit. p. m. 188.) Barbarum, inquit,
& antiquis inusitatum, ut cuius opes ac fortunæ naufra-
gio milere perierint, & quem nostris opibus sublevare de-
bemus;

bemus ; ejus reliquias , quas ad littus ejecas , bona fide
restitui oportebat , turpe diripi patiamur : Sic enim vivi-
tur , ut qui portus habent , eam credulitatem tunc in cives ,
tunc in peregrinos exsequantur . Jus queris ? error jus
facit ; at si non peccatur errore , sed scientia , scelus est , quod
erroris specie prætenditur . Cum enim Legatus Cæsaris
coram Henrico II. anno 1556. Francorum Rege questus
esset , duas naves ad littus ejecas , & ab Jordane Ursino
captas esse , easque restitui postularerit ; Annas Mommo-
rantius Magister equitum respondit , ea , quae ad littus suis-
sent ejecta , Gentium omnium jure ad Principes , qui lit-
toribus imperarent , pertinere . Ita jus invaluit , ut ne And-
reas quidem Doria questus sit de navibus in littus Cel-
ticum ejecitis , & à præfecto classis Gallæ direptis . Quod
si tamen hic casus ponatur ut nullus penitus dominus bo-
norum naufragorum existat , tunc utique eadem fisco do-
minorum territorii adscribimus , vid . Mastrill . tr . de Ma-
gistr . lib . 3 . cap . 11 . Sixtin . de Regal . lib . 2 . cap . 3 . num . 59 .
Myler . ad Rumelin . ad A . B . Carol . IV . part . 3 . D . 3 . th . 29 .
Chopin . de Doman . Franc . lib . 1 . tit . 16 . n . 9 . Carpzon . Disc .
de Regalib . th . 57 . Nec absimile dicendum , si res aliquas
viator de curru , vel alias casu amiserit , easque aliis inve-
nerit , cum nec earum fiat dominus , sed potius per hunc-
ce animum lucrandi retinens , nec publicè proclamari , se-
talem rem invenisse , patiens , furtum committat , c . 6 . Si
quid invenisti . XIV . quest . 5 . Ubi : Si quid invenisti & non
reddidisti , rapuisti . jung . Benedict . Carpzon . prax . crimin .
p . 2 . quest . 85 . p . m . 305 . Petr . Gregor . Tholosan . Syntagm .
Für . Univers . lib . 37 . cap . 1 . num . 10 . Jodoc . Damhouder .
prax . rer . criminal . cap . 118 . num . 2 . p . m . 330 . Prosp . Fari-
nac . oper . crimin . part . 7 . q . 168 . n . 62 . Jacob . Menoch . de
præ-

præsumpt. lib. 5. præsumpt. 30. pcr. tot. p. m. 586. Quoad
jura Saxonica triplicem observationem circa hunc casum
cognoscimus: primò enim inventori statuitur certus ter-
minus proponendorum proclamatum, seu editorum de-
re inventa, scilicet septimanæ sex: Secundò, adveniente
domino rei inventæ, eamque suam esse probante, inven-
tori tribuitur tertia pars rei inventæ, si dominus ejusmodi
fuerit extraneus, seu forensis: tertio permittitur, ut, si post
edita proposita nemo veniat repetiturus rem inventam,
judex eam sibi retinere possit, ac in usum suum converte-
re, ita tamen, ut inventori tertiam ejus partem attribuat,
Benedict. Carpz. l. c. n. 7. porro quoque, ut vacans, fisco
cedere nequit res furtiva, quod à fure, in carcerem deducto,
recipitur, uti hæc cuncta declarat *P. G. O. Caroli V. art.*
218. p. m. 257. tit. Von Misbrauchen und bösen unver-
nünftigen Gewohnheiten / so an etlichen Orthen und
Enden gehalten werden. *in verb.* Nachdem an etli-
chen Orthen gebraucht und gehalten wird / so ein
Ubelthäter mit gestohlerer oder geraubter Haabe bei-
treten / und gefänglich einfommt / daß als denn solch
gestohlen und geraubt Gut demjenigen / so es also ge-
stohlen oder geraubt worden / nicht wiederum zustellt/
sondern der Obrigkeit des Orths eingezogen. Deß-
gleichen an vielen Enden der Misbrauch / so ein Schiff-
mann mit seinem Schiff verfährt / schiffbrüchig wür-
de / daß er alsdann der Obrigkeit dessen Orts / mit
Schiff / Leib und Gütern verfallen seyn soll. Item
So ein Fuhrmann mit einem Wagen ümwürffe /
und einem unversehnlichen tödtet / daß alsdann deri-
selbige Fuhrmann der Obrigkeit mit Wagen /
Pferden und Gütern auch verfallen seyn soll. &c.

D 2

Urb

Und die und dergleichen Gewohnheit / wollen wir daß
ein iede Obrigkeit abschaffen / und daran seyn soll / daß
sie hinsürter nicht geübt / gebraucht oder gehalten wer-
den / als wir dann auch aus Kaiserl. Macht dieselben
hiemit aussheben / vernichten und abthun / und hinsür-
ter nicht eingeführt werden sollen / add. Andr. Gail. Ob-
serv. Cameral. 18. lib. 1. p. 29. per tot.

CAP V.

QUÆDAM BONORUM VACANTIUM COGNATA ET AFFINIA OSTEN- DENS.

Cognata horum bonorum vacantium, (quæ etiam ite-
rum atque sæpius vacantium bonorum nomine veni-
unt, si vocabulum latius sumatur,) paucis simul delineati-
turi sumus, & quidem in quantum fiscus aliquando ea, tan-
quam vacantia absque herede ac possessore constituto, oc-
cupat, pronunciat, & veris dominis ob factum, vel deli-
ctum, vel casum auffert. Reperimus autem I. Bona non
contrahentium matrimonium secundum leges, *Gloss. ad*
artic. 59. Weichbild n. 7. p. m. 85. verb. Ihr sollet auch
wissen / wie ein Guth erblosz wird : Zu dem ersten /
durch unrechter Ehe willen. Denn warumb ? Kein
Mann nimmet eines Mannes Erbe / der unrechte Ehe
hält / *vid. Landrecht lib. 1. art. 51. verb.* kein ehrlich
Mann noch ehrlich Weib. *p. m. 426.* Diß ist darumb /
daß aus unrechlicher Ehe kein ehelicher Erbe gezenget
werden

werden mag / auth. ex complexu. C. de incest. Nupt. Dīg
ist zuvernehmen/ ob solche stirben/ und Guth und Erbe
hinter ihnen lassen unvergabt. Nimpt eines Pfaf-
fen Sohn ein Weib zur Ehe/ und ererbet Guth mit
ihr/ und gewinnet mit ihr Kinder/ das seynd wohl ehe-
liche Kinder/ dennoch mögen sie ihres Groß-Vaters
Guth nicht nehmen/ dann ihr Vater ist nicht würdig/
dass ers nehme / &c. Stirbet auch einer/ der unrechte
Ehe hält/ und lässt Güter unbegabet/ so fällt sein Guth
in die Königliche Gewalt / &c. II. Bona damnatorum
criminis præscr. im apostasiæ & læsæ Majestatis, Novell. 115.
cap. 3. §. 14. verb. si verò liberi. Jul. Clar. recept. sentent.
lib. V. quæst. 78. n. 3. & seqq. p. m. 353. Constit. Carol. V. art.
218. tit. von Missbräuchen/ p. m. 257. Requiritur autem
ad id, ut aliquis fiat apostata primò, ut sit baptizatus, &
secundò, ut scienter transeat à Christiana Religione ad Ju-
daismum, Paganismum, vel aliam sectam infidelium pro-
hibitam, Alciat. Consil. 478. Simanc. de hæreticis. cap. 7. c.
7. n. 2. add. l. si quis. i. C. de Apost. (quam tantum procede-
re vult Clar. loc. cit. si non extent filii, vel cognati, ad
quos deferatur hæreditas, per auth. si qua mulier. C. de
Sacrosanctis Eccl. quod eidem derelinquimus) aliud sta-
tuendum de Religionibus Pontificiâ, Lutheranâ & Refor-
matâ, quippe quæ vigore Instrumenti Pacis Cæsarco Sve-
cici approbatæ, aliquem ab unâ ad alteram descendenter
minimè hoc crimen committere efficiunt. Cæterum in
hanc confiscationem incurront quoque jus Patronatus
transitorium ad heredes extraneos, Dec. in C. 5. n. 6. de jud.
Ferr. Consil. 179. n. 1. gloss. in C. 31. filiis. XVI. q. 7. item dos
mulieris constante matrimonio: cum hoc crimen unum
sit ex quinque illis casibus, qui recensentur in i. quinq. 3.
ff. de bon. damn. Anton. Gomez. supra l. 73. Tauri. num. 1.

Non verò peculium profectum, tām ratione parentum,
quām filiorum, Socin. Jun. Consil. 77. num. 6. lib. 2. Simanc.
de heret. cap. 9. num. 14. Boss. tit. de bon. publ. num. 71.
adventitum respectu partis, in quo pater habet usumfru-
ctum, Gig. de Crim. Læs. Majest. quæst. 11. in fin. An au-
tem hæc etiam Episcopo competant? Resp. quamvis ne-
get Bald. in Rubr. C. de privileg. fisc. & Authent. bon. C.
de bon. damnat. qui statuit, Episcopum non habere jura
fisci, & sic non posse confiscare bona delinquentium sibi
subditorum; nec bona contrahentium cum Episcopo si-
bi esse tacite hypothecata, quia nulla lex hæc dicit: Sed
potius Episcopum, condemnantem ad poenas pecuniarias,
debere illas applicare Cameræ Ecclesiæ Romanæ, non au-
tem Cameræ suæ; quia esset judex in causâ propriâ: Ast
quoniam, uti in cap. 2. huj. Disp. monitum, nos præsup-
ponimus ejusmodi Episcopum, qui insimul possidet do-
minium aliquod temporale, hinc ad negativam inclina-
mus: non denegando interim Episcopis, qui immediatè
& nudè potestati Pontificiæ subjacent, cum Baldo jus appli-
cationis bonorum fiscalium atque vacantium vel Cameræ
Papali, vel, uti inter Augustanos, fisco summi Principis;
add. Angel. in §. sit autem in Autb. ut null. jud. Alias de de-
latoribus fisco, quæ & quanta, & an semper tertia pars iis-
dem debeatur, vid. Marc. Anton. Peregrin. de Jur. Fisc. lib.
2. tit. 1. n. 16. p. m. 57. cum gloss. in l. Edicto. 13. §. extat. 5.
de jur. Fisc. verb. vulgare premium. p. m. 1635. III. Quæ in-
dignis auferuntur Rosenthal. de feud. consil. 54. & seqq. c. 5.
Distinguendi tamen sunt hi ab incapacibus; Cum incap-
cibus relicta sint ab initio inutilia & pro non scriptis habe-
antur; Indignis verò relicta, ipso jure valeant, sed ad fi-
scum plerumque transferantur, Henr. Bruning. de var. U-
niversitat. specieb. n. 25, lit. c. p. m. 498. Anton. Peregrin. de
jur.

jur. fisc. lib. 2. tit. 2. p. m. 59. p. t. Nec morte indigni fiscus excluditur, quia ab ejus hærede, vel etiam à quoecunque possessore rem aufert, *l. Lucius ff. de jur. fisc. ibid. gloss. add.*
Carpzov. de Regalib. th. 47. ap. Dominic. Arum. de Jur.
Publ. disc. 15. vol. 3. Roland. à Vall. 1. Cons. 56. n. 2. Sixtin.
de Regal. lib. 2. cap. 10. n. 3. Jul. Clar. Recept. sentent. §.
fin. q. 79. n. 8. Herman. Lather. de Cens. lib. 3. cap. 3. Transit autem res in fiscum cum omnibus oneribus & conditionibus, prout erat penes indignum, afficitque hæc indignitas fortius, quam confiscatio ex sententiâ pro aliquo delicto,
add. Mart. Landens. tr. de fisc. quæst. 5. Franc. Lucan. de
fisco tit. de publ. bon. n. 10. Sixtin. de Regalib. l. 2. cap. 10. n. 3.
Heinric. Bocer. de Regal. cap. 3. n. 47. qui etiam casus proferunt, in quibus bona indignis ablata non fisco, sed aliis successoribus & hæredibus derelinquuntur. Adeò vero certum est secundum Maximil. Faust. ab Aschaffenburg.
Consil. pro arar. class. 6. ord. 573. p. m. 250. fisco deberi bona horum indignorum, ut is non tantum ipsam rem, sed etiam omnes fructus perceptos auferat, & insimul hasce personas à detractione Falcidiæ, Trebellianicæ & Legitimæ excludat. Inter hosce indignos quoque sunt referendi, qui testatorum interficiunt: hi licet defuncto succedant, attamen ab his, ut indignis, bona fiscus rursus aufert, & excludit sequentes omnes, etiam pari gradu constitutos in portione delata, immo & occidentis filium, licet delatorem, (nisi in parte deferenti debitam) Bartol. à Saxoferrat. in *l. Lucius. 9.*
ff. de Jur. Fisc. Alexand. in *L. hereditas C. de his quib. ut in-*
dign. utut dissentiat Bald. in *Cons. 164. vol. 4.* An autem hæc etiam extendenda sint ad eum, qui per culpam aut negligentiam alterum occidit, quidam non immitto dubitant; quoniam tamen expressa *l. indignum. ff. de his que ut in dign.* Id affirmat, necessariò legis sancito stare debemus;

ingol.

præ-

præsertim si intelligatur de iis, qui alimenta aut ad viatum
necessaria non exhibuerunt, aut medicos non consulue-
runt, vel imperitos adhibuerunt. IV. Huc referri possent
bona eorum, quæ Gabellas defraudant, non solvendo quæ
debent, vid. Coler. in process. execut. part. 1. cap. 3. num. 76.
hoc etiam in terris Saxonici obtainere dicens, licet dissen-
tiat LandR. l. 2. art. 27. p. m. 85. in verb. Wer auch Brü-
cken, oder Wasser, Zoll entführt / der soll ihn vier-
fältig vergelten. Wer Marchzoll entführt / der soll
dreißig Schilling zur Busse geben. V. Bonis vacan-
tibus accensentur ea, quæ quidem legitimum habent ha-
redem, sed tamen peregrinum, & cui propter obstante jus
retortionis hæreditatem sibi delatam accipere non permit-
titur, Novell. Constitut. Elector. August. part. 3. Constitut.
38. in verb. Und ist demnach nicht umbillich / daß man
wieder die Dörter / von dannen man die Erbschafft /
Gerade / Heergewette / und dergleichen gar nicht oder
allein eins:heils folgen läßt / solches jus retortionis oder
talion's hinwieder auch gebranche / und der Ende solche
Stücke mehr und weiter denn sie gegeben / nicht folgen
lässe. VI. Fisco debentur bona contrahentium incestas
nuptias, auth. incesta. C. de incest. nupt. quæ tamen con-
fiscationis poena locum obtinet eo tantum in casu, ubi sub
colore & figurâ matrimonii incestus committitur, cum
ibidem etiam à poena gladii excusat; quod si vero ex-
tra matrimonium, cum aliquâ, sub specie fornicationis,
incestus committatur, gladii poena imponitur, vid. Ber-
lich Conclus. Pract. vol. 4. conclus. 32. n. 30. Ni ol Myler. ad
Martin. Rumelin. A. B. Carol. IV. p. 3. D. 3. th. 31. b. Jacob.
Menoch. 2. Arbitr. 502. n. 1. & seqq. Matth. Steph. ad Con-
stit. Crim. in. Carol. V. artic. 117. quod tamen restrictionem
recipit ex Jure Justinianico, quo cavetur attibona ipsorum
legiti-

legitimis liberis usque ad tertium gradum relinquuntur,
aut illis deficientibus, corum parentibus usque ad gradum
secundum, & his etiam non extantibus, fratri, sorori, pa-
truo, amitæ tribuantur, his autem omnibus deficientibus
fisco inferantur, *Novell. 12, cap. 1. & 2. Carpz. de Regal. th.*
79. ap. Arum. vol. 3. disc. 5. p. m. 613.

GAP. VI.

PROCESSUM IN CONFI- SCATIONE HORUM BONO- RUM OBSERVANDUM, DOCENS.

Processum in hac confiscatione varium reperimus: ma-
lumus tamen, salvo aliorum judicio, eundem ex haec-
tus evolutis Authoribus sequentem in modum colligere:
Bona vacantia aut quendam agnoscunt, qui possessionem
prætendit, aut non: si prius; rursus videndum an jura
sua, uti legitimum contradictem decet, quadantenus in
continenti docere queat, (quod adhuc difficile futurum
non est, arguimento eorum, quæ de verâ probatione pro-
fert *Anton. Perez. in C. ad tit. de bon. vacant. n. 36. p. m.*
682.) & tunc, nisi per sententiam judicis & post rem judica-
tam, in possessorio suo inquietandus non est; an vero, ut
prædo, de facto possideat, atque concessâ sufficiente dila-
tione personam suam, tanquam legitimus contradictor,
exhibere non valeat; atque tuum fiscus, causâ pendente,
bona litigiosa omnino, majoris forsitan cautionis ergo, oc-
cupare potest, *Paul. Castrens. in l. sancimus. §. cum autem.*
C. ad SC. Trebell. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2, part. I.

c. 7. membr. i. n. 193. & seqq. Idque in regno Galliae hodie
observari, & constitutionibus Regiis consentaneum esse,
ut ne quidem proprio motu à Rege facta concessio bono-
rum vacantium valeat, si nec dum ea bona sint Regi adju-
dicata, testatur ex Rebuff. in l. sylva. §. stipula. ff. de V.S. &
Sixt. de Regalib. lib. 1. cap. 9. n. 38. Carpzov. de Regal. th.
72. p. m. 608.) Sin posterius eveniat, nullusque possesso-
nem sibi vindicans, existat, utique Magistratus hæredita-
tis vacantis constituere curatorem bonorum non prohibe-
tur: postmodum promulgandæ censentur citationes edi-
ctales, quibus, secundâ vice, subiectendæ clausulæ perpe-
tui silentii comminatoriæ contra omnem, qui jus aliquod,
vel interesse in hæreditate prætendit. Hærede jam, vel alio,
qui se pro hærede gerit, in termino comparente, jura ejus-
dem in contraditorio, legitimo modo, unâ cum deputa-
tis publico nomine ad huncce processum honorum cura-
toribus, probè discuti atque ponderari debent: Ubi si co-
gnitione factâ personam suam cā qua par est sufficientiâ le-
gitimare nequeat, vel prævia secunda citatione editali sece-
sister recuset, per sententiam curatores absolvi debent, uti
& citatis perpetuum silentium imponi, adeoque in effe-
ctu tota hæreditas, ut vacans, fisco applicari, Bocer. de Re-
gal. c. 3. n. 27. Bornit. de arar. lib. 3. c. Petr. Gregor. Tholo-
san. lib. 9. de Rep. c. 1. num. 26. Henning. Arnis. de Jur. Ma-
iest. lib. 3. c. 6. n. 18. Ranchin. de Success. ab intestat. §. 23. num.
4. M. Anton. Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 4. tit. 3. Mastrill. de
Magistr. lib. 3. cap. 10. num. 359. Hermann. Lather. de cens.
lib. 3. cap. 1. add. Andr. Gail. 2. observ. Cam. 130. Franc.
Marc. decis. 654. p. 1. Casp. Klock. consil. 202. vol. 2. num. 111.
& seqq. Idem dicendum de bonis desertis; vid. Pap. ad
Consuet. Borbon. p. m. 304. Valasc. de Jur. Emphiteut. cap.
8. num. 37. & seqq. Nam & hæc særissime immaturis
ærarii

ærarii publici Cotisiliariis territorii Magistratū adjudicantur, & ex culturā noviter adhibitā novalia, sive decimæ accipiuntur, Nicol. Everhard. Jun. cons. 36. vol. 2. per. tot. Hartmann. Hart. 2. Observ. tit. 35. §. 10. num. 12. absque præcedente etiam dominorum, vel aliorum legitimorum possessorum citatione: Cum tamen non semel atque iterum possessores & justi rerum domini lateant, vel ex ignorantia jura sua docere judici aliter non possint, add. Besold. de Jur. Majest. sect. 3. cap. 7. num. 6. Wehner. Consil. Franc. 77. Thom. Michael. de Jurisd. concl. 49. Sed hæc fusius pertractavit Maximil. Faust. ab Aschaffenburg. consil. pro erar. class. 8. consil. 25. Ord. 705. tit. Bon. Oedliegenden und verlassenen Gütern. in quæstione: Wo die Güter ganz öde und ungebauet stehen und liegen / und keine Besitzer sich darzu finden: oder wo die schon vorhanden / sich derentwegen der obliegenden Beschwerden und Schulden nicht annehmen / sondern dieselben lediglich der Herrschaft von den Gläubigern heimschlagen wollen / ja wohl mancher denen zum Nachtheil / hervor gegen ihme und den seinen zu sondern Vortheil nur allein die absonderliche gehabte walzende und zu den Gütern und Höffen nicht gehörige / oder auch der abwesenden benachbarten / oder gar fremden Stücken bauen / die die seinen aber öde liegen lassen thut / damit er nur seiner Herrschaft und Gläubigern nichts geben dorffe / ohngeacht er dergleichen füglich ausser deme / wo er nur wolte / zu Werck richten könnte / wie diesen vortheilhaftigen und betrieglichen Beginnen zu steuren / hervor gegen den armen abwesenden nothleidenden Unterthanen unter die Arm zu greissen / damit die wieder ein häuslich Leben anstellen /

E 2

andere

andere abwesende / noch lebende aber / oder deren Erben
desto eher bewegt werden möchten / eben dergleichen
mit ihren habenden oder angefallenen Gütern vorzuneh-
men ? Quæ deinde continuatur in consil. 26. 27. 28. 29. &
seqq. add. Resolution. Joh. Georg. II. Wie es mit dem
Fructibus naturalibus auf den wüsten Gütern zuhalten.
qua recensetur in cap. 3. huj. Disp. ad quas benevolum pa-
riter & curiosum Lectorem remissum volo, & totum
huncce discursum cum eo, quo inchoavi,
Deo Op. Max. impræsentiarum

FINIO.

Nobili atque Per-Eximio.

DN. JOHANNI *B*faffreutter /
RATISBON.

De
BONIS VACANTIBUS
DISSERTATIONEM FELICITER
ELABORANTI:

Doctos docta decent ; sic pergas jura
docere

Fisci : Musa vacans approbat hocce
bonum !

*Cum voto exoptatae prosperitatis
scrib.*

P R A E S E S.
Dum

Dum bona largiris de jure vacantia Fisco,
Non *TIBI*, sed *PATRIÆ* vivis,
amice, Tuæ.

Ita

Autoris ac Sympatriotæ sui dulcissimi invi-
dendis in Studio Jūridico progressi-
bus applaudere voluit

Johann. Petr. Prückelius,
Medicinæ Licentiatus.

Tu quoque Te pugnæ Themidis cona-
mine magno

Credis, ut hic vires experiare tuas.
Egregium factum! merito, quæ possumus
arma

Maturè gerimus: creverit inde vigor.
Intrepidâ tam pulchra subi modo mente
pericla!

Non deerit dextri Numinis auxilium.
Inde nec exiguae referes præconia laudis
In Patriis æquè finibus, atque alibi.

*Ita Nob. & Politissimo Dn. Respondenti
Fautor & Conterraneo suo honoran-
do, properante calamo gratulari
voluit*

M. Matthias Sebastianus Lang.

Cun.

Cuncta quidem pereunt, sed vir-
tus sola perennat,
Nobilitat sola hæc, nomina ad
astra vehit.
Quod delectarit virtus Te vivida
sola,
Doctum quod specimen tradis,
Amice, docet.
Sic porrò pergas, sic tandem nobi-
litabit
Vvida Te virtus, nomen ad astra
vehet.

*Amico suo honorando, & suavissimo scri-
bebat pauca hæc.*

S. F. Stiñer.



01 A 6699



Vd 17 Date 2 ✓



D

E



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

